UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Sermones magistri Nicolai deniise sacre pagine professoris

De Tempore Hyemales

Denisse, Nicolas

[Augsburg], 1510

VD16 N 1513

Fer[ia] iiii. post do[minicam] in passione sermo.

urn:nbn:de:hbz:466:1-30599

Visual Library

omnis glia ei⁹ eſt ab intus.i.de corde pu ro ꝛ ꝯſcietia bona. Docuit ḡ chꝛs qm̄ in hoc mūdo nō eſt gliandū. Qd̄ etiā palam oſtēdunt tres ꝯditiones hui⁹ mūdi. Tū quia locus eſt laborioſus. Vñ Gen.iij. dr̄ dn̄s Ade. In ſudore vult⁹ tui veſcerꝫ pa ne tuo: ꝛ donec ꝛc̄. Tū quia locus doloro ſus. Eſt em̄ locus exilij: vbi flendū eſt: nō gaudendū. Ps̄. Sup flumina babylonis illic ſedim⁹ ꝛ fleuim⁹ ꝛc̄. Tum qꝛ loc⁹ pi culoſus: idō mari ꝯpatur Ecci.xliij. Qui nauigāt mare: enarrāt picula eius.

Tertia ꝯſideratio pſonalis.ſ. hoim̄ q̄ freq̄nter laudant vitupanda: ꝛ vitupant laudanda, ſicut ptꝫ in euāgelio de his qui chr̄m vitupabant. Idō laus et glia hoim̄ ē ꝯtemnēda: qꝛ fallax. Vñ dicit euāg. Iu- dei q̄rebāt eū in die feſto: et dicebāt: Vbi eſt ille: et murmur mult⁹ erat in turba d̄ eo. Quidā em̄ dicebāt: qꝛ bon⁹ eſt: Alij āt nō: ſed ſeducit turbas. Nō tn̄ palam loq̄- bat̄ de eo ꝓpter metū iudeoꝝ. Aug. Qui- cq̄ emicuerit in aliq̄: alij dicūt/ bonus eſt: alij dicūt/ nō: ſed ſeducit turbas. Notan- dū aūt ſm̄ Chryſ. q̄ trib⁹ modis q̄s pec- care pōt ꝯtra veritatē. Primo ꝯtra ve ritatē p timore tacēdo. De hmōi dr̄ Alij dicebāt: qꝛ bon⁹ eſt: ſed nemo eoꝝ palā lo quebat̄. Scd̄o veritatē in mendacium cōmutādo. De hmōi ſubdit̄: Alij aūt nō. ſed ſeducit turbas. Aug. Vterq̄ reus ē. ꝛ qui veritatē tacet qn̄.i. dicēda eſt: Et q̄ mendaciū dr̄: Ille qꝛ prodeſſe n̄ vult: iſte quia nocere deſiderat. Tertio: veritatē nō defendēdo. De hmōi dr̄ Mult⁹ erat murmur de eo in turba. Murmurabant vtiq̄ quidā de eo q̄ phariſei chr̄m pſeq̄- bantur: ſed tn̄ eū nō defendebāt: nec ap- te reſiſtere audebāt. Cū tamē dicat ſapi- ens Ecci.iiij. Vſq̄ ad mortē certa p iuſti cia. Patet ergo q̄ nō multū eſt curanduꝫ de humana glia. Nam vt dicit Gregori⁹ Quid pdeſt ſi oēs laudēt: ꝛ ꝯſcientia ac- cuſet: Aut quid poterit obeſſe ſi omnes derogent: et ꝯſcietia defendat. Ex omni- bus ḡ ſupradictis patꝫ fugiendū munda nam leticiā aut gliam. Vñ Galter⁹ in alex- and. q̄ friuola glia mundi: q̄ rex fugitiu⁹ bonos. Exemplū legit̄ in li. de donis: q̄ ſm̄ ꝯſuetudinē cuiuſdā ciuitatꝫ Iuuenes equitabant cum gaudio hui⁹ ſeculi tenen tes laruas turpiſſimas choꝛizando p vil lā: quos plebanus in ambone pluries mo nuit vt deſiſterēt: ſꝫ noluerūt. Et ecce ſubi to in die feſto in ſpecie viroꝝ et mulierū maxia demonū m̄ltitudo ſe coniūxit illis choꝛizādo cū iſtis. Tūc vulgo cātāte vox diabolica audita eſt: q̄ me amauerūt ꝛ mi hi ſeruierūt: modo mecū erūt: ꝛ ſubito ap ta ē terra: cū igne cūctos ſubito ad īfernū abſoꝛbuit. Patꝫ ḡ qm̄ vt dr̄. Eccs.j. Va nitas vanitatū. ꝛc̄.

Terti⁹ art. ꝛc̄. Notate ḡ qd̄ dr̄ d̄ ꝯſe. diſt.iij. Celebritatē. Nō decꝫ vt mē bra a capite diſcrepēt: aut aliter gerāt Idō nō decꝫ xp̄iāos mōi gliaꝫ amare: cū chꝛs eā fugerit Nā ſicut dr̄ Inſtituto d̄ re mili tari. Milites dabēt hr̄e ſtigma ſui pncī- pis. Notate. ſiq̄s de exercitu regis gerit ſi gnū aduerſarij: licꝫ clamet: viuat rex: cēſe tur pditoꝛ. Expōe ꝛ applica notādo illud Deutero.xiij. Dn̄m deū vr̄m ſequimini: ꝛ eum timete.

Fer.iiij. poſt do. in paſſione ſermo.

Ecce aſcendi.

Ego dn̄s leges meas cuſtodite Leui.xix. Hoc audite: ſi vultis aſcēdere hieroſolymā: ad qd̄ nc̄ariū eſt ob ſeruare qd̄ habet̄ in ep̄la. q̄ diuidi pt̄ i tres ptes. Pr̄o ponit̄ legalis ꝓhibitio. ne.ſ. dānū aut nocumentū ꝓximo inferam⁹ aut deſiderem⁹. Vñ dr̄ Non facietꝫ furtū. ꝛc̄. vſq̄ ibi. nec memoꝛ eris iniurie ciuiū tuoꝝ. Scd̄o ponit̄ ꝓhibitōis gn̄alis rō. cū dr̄ Diliges amicū.i. ꝓximū tuū ſicut te ipm̄. Hec em̄ rō eſt q̄re ꝓximo nō eſt facienda in iuria: qꝛ diligere eū debes. Tertio pōit̄ rōis ſpalis ꝯfirmatio. cū di. Leui.ix. Ego dn̄s: leges meas cuſtodite. Ego ei ſū dn̄s de⁹ vr̄ Idō mihi debetis obedire.

Salutatio.

Ecce. ꝛc̄.

Prim⁹ art. An paſſiones timoꝝ ꝛ tri- ſticie ꝛ hmōi defectus fuerint in xp̄o a natura aut a voluntate: Q, q̄ natura fue rint in eo a pma ſua origie. Cōtra. mgr̄ in lr̄a in.j. diſt. xv. Ex ſola volūtate miſerati

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

onis i ſe trāſtulit ꝓ̄pam īfirmitatē ſicut ac-
cepit verā carnē. Rū. Bona. vbi ſup̄. Si
cut dt mgr̄ in lr̄a: ex alia et alia cā fuerunt
iſti defect⁹ in chr̄o et in nob. Jn nobis em̄
ſunt ex nc̄itate ꝯtracti: ſed in chr̄o ex volū
tate aſſumpti. Nos em̄ iſtas defect⁹ trahi
mus a parētibus ꝓpter legē ꝓpagatiōis et
ꝯcupiſcētie legē q̄ militat in illis mēbris.
Nā paſſibilis gn̄at paſſibilē: ꝛ habēs legē
ꝯcupiſcētie in mēbris: gn̄at filiū ſubiectū
ꝯcupiſcētie. Ex cui⁹ ꝯcupiſcētie reatu in-
ſunt pli om̄es penalitates: ꝛ ꝓpterea dicū
tur in nobis ꝯtracte: q̄ſi ex ꝯcurſu duarū
tracte: vicȝ ꝓpagatiōis nature: ꝛ corrupti
onis ꝯcupiſcētie. Chr̄s aūt neutro modo
fuit ꝓpagat⁹: nec ſm̄ ꝓpagationē legis na-
turalis: nec ſm̄ ꝓpagationē libidinis. Jō
ꝙ in carne illa fuerit penalitas: hoc fuit ex
diſpēſatiōe ipſi⁹ aſſumētis ꝯcurrēte ſimł
acceptatiōe illi⁹ anie rōnalis q̄ in p̄mo i-
ſtāti ſue creatiōis habuit vſuȝ plenū cog-
nitiōis et ſibi placuit vniri tali corpi ꝓpter
ſalutē gn̄is hūani. Cū aūt dr̄: ꝙ hmōi de-
fectus fuerūt in chr̄o a p̄ma origine: verū
eſt nō tanq̄ꝫ a cā: ſed ꝑ ꝯcomitantiam tm̄.
Hec Bonauē. Pro fundamēto. Jllud
maxime ponderare debem⁹ ꝙ tā benigne
nobis dignata eſt ſuccurrere maieſtas di-
uina q̄ nobis ſe tā amicā ꝛ ꝓpitiam exhibu
it. Et certe magnū nobis ſolatiū eſt tā dul
citer amari a deo. Nā vt dicit Tulli⁹ lib.
de amicicia: Nō tā vtilitas ꝑ amicuȝ par-
ta q̄ꝫ amici ipē amor delectat. Et certe in
ꝓpoſito verꝫ eſt qd̄ ait poeta Virgili⁹ in
bucol. Omnia vincit amor. Amor em̄ dei
in nos vicit indignationē ipſius dei cōtra
nos: adeo vt aſſumpſit nedū humanā na-
turam: ſed ꝛ defectus nr̄os. Sed q̄rit: An
hmōi defect⁹ ꝛc̄. Dic m̄ſio. vt s̄. Ex q̄ cō-
clude q̄nta ſit ad nos chr̄i benignitas. Ca
ue ḡ ab ingratitudine o peccator: o auari
ꝛc̄. Depone miſer homo: depone ſcelera.
Amb. ſup Beati imaculati. Noli tantuȝ
amittere beneficiū o homo: ꝓpterea chr̄s
damnatiōi mortis ſe ſubdidit: vt te a iu-
go dānatiōis e⁹ eriperet. Jlle ſuſcepit mor
tis ſeruitutē: vt tibi tribueret eterne vite
libertatē. Hoc attēdite o pctōres ꝛ aīas
vr̄as a pcti vetuſtate purgate: vt hui⁹ tā-
te libertatis ꝑticipes eſſe mereami. Eph.
iiij. Renouami in ſpū mētis vr̄e ꝛ induite
nouū hominē ꝛc̄. Nō em̄ aderit vob chr̄s
niſi hac renouatiōe facta: q̄ tn̄ fieri nō pōt
niſi durāte p̄ñti vita: in q̄ ſi fiat: ſtatiȝ ade-
rit chr̄s. Figura Joā. x. in euāge. hod.
Facta ſunt encenia hierl'ymis ꝛ hyems e-
rat ꝛ ambulabat Jeſus in porticu ſalomo
nis. Expone ſpūaliter iuxta illō Theoph.
Satagas q̄ꝫ tu dū hic hyems iminet. i.
vita p̄ñs turbinib iniq̄tatis ꝯcuſſa: ſpūa-
les encenias. i. innouatiōes tui tēpli cele-
brare: ſp renouādo teipm̄: ꝛ aſcenſiones i
corde tuo diſponas: Tunc ieſus p̄ſto erit
tibi in porticu ſalomonis pacificū ſtatū ti
bi tribuēs ſub regimine ꝓprio. Jn futuro
autē ſecl'o nemo renouatiōis ſolēnia ꝑfi-
cere poterit.

Secūdus arti. Jn euāgel. qd̄ habet
Joā. x. dn̄s ꝯfutat iudeos: ꝑcipit ꝓ-
pter tria.

Primo ꝓpter originē ſue induratōis
Scdo ꝓpter ingratitudinē ſue ꝯditōis.
Tertio ꝓpter falſitatē ſue blaſphema-
tionis.

Primo igit ꝓpter originē ſue induratio
nis: q̄ erat ſupbia ſua. Circa qd̄ notādū:
ꝙ ſicut habet in euāgelio Judei animo ſu-
perbo circūdederūt ieſum vt circūuenirēt
verbis di. Quouſq̄ꝫ aīam noſtrā tollis: Si
tu es chr̄s dic nobis palam. Vide q̄ꝫ vere
ſute loquūtur. q. di. Peccam⁹: ſi tu es chri
ſtus et tibi nō credim⁹. Aug⁹. Nō verita
tē deſiderabāt: ſȝ calūniā p̄parabāt: q̄re-
bant em̄ audire: Ego ſum chr̄s: vt calūni
arentur ꝙ ſibi arrogaret regiā ptātem: et
ſic traderēt ptāti p̄ncipis ad puniendum
Et q̄ꝛ doloſe loq̄bantur: iō ſic rn̄ſum tēpe
rauit vt calūniatoꝝ ora ꝯcluderet. Et q̄
chr̄s eſt: fidelib pāderet: vt dr̄ Alchuin⁹
Vn̄ dicit: Loquor vobis: et nō creditis:
Opa q̄ ego facio in noīe p̄ris mei: hec te-
ſtimoniū ꝑhibent de me. Et aſſignās cau
ſam ſue incredulitatis ſiue induratōis dr̄
Sed vos nō creditis: q̄ꝛ nō eſtis ex ouib
meis. i. innocētes ꝛ hūiles: ſed ſupbi ꝛ ma
ligni: Jdō vobis nō reuelat ſapiētia dei:
q̄ ſolis humilib lucet. Math. xi. Reue-
laſti ea paruulis. i. humilib. Cōſequēter
autē ſicut dr̄ Theoph. Jnducit eos vt e⁹
oues efficiant di. Oues mee vocem meā

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

audiūt ꝛ ego. ꝛc̄. Nā multiplex eſt vox xp̄i
vocātꝭ oues ſuas: vicꝫ exhoꝛtatio: īterioꝛ
inſpiratio: bn̄ficioꝝ elargitio: ꝛ tp̄alis fla⸗
gellatio. Sed heu multi nō audiūt: quibꝫ
improperabit illō Prouer. j. Vocaui, vos
et renuiſtis ꝛc̄. Sequit᷑: Et ego cognoſco
eas. ſ. noticia approbatiua. ꝛ ſequūtur me
Heu q̄m multi ſunt q̄ chr̄m ſequi nolunt.
Quidā aūt eū ficte ſequūtur: vt hypocri⸗
te: quidaꝫ lente: vt tepidi et negligentes.
Bern. q̄m pauci ſunt o bone Jeſu q̄ poſt te
ire velint: cū tamē ad te ꝑuenire nemo eſt
qui nolit. Sequit᷑: Et ego vitā eternā do
eis: et nō ꝑibunt in eternū. Aug. Subau⸗
di, tanq̄ꝫ eis dixerit: Vos ꝑibitis in eter⸗
nū q̄ nō eſtis ex ouibꝫ meis. Sequit᷑: Et
nō rapiet eas quiſq̄ꝫ de manu mea. Et q̄
nullus poſſit rap̄e ꝓbat dicēs: Pater meꝰ
quod dedit mihi maius om̄ibus eſt. ſ. dei⸗
tas que eſt vna patris et filij. Unde ſub⸗
dit: Ego em̄ et pater vnū ſumus. ¶ Se⸗
cundo ꝓpter ingratitudinē ſue ꝯdicionis:
quia ei malum ꝓ bono reddebāt. Cum ei
dixiſſet dn̄s: Ego et pater vnum ſumus:
Suſtulerūt lapides vt lapidarent eum.
Auguſti. Moꝛe ſuo duri ad lapides cu⸗
currerūt. Ipſe vero dominꝰ dulciter eos re
pꝛimens ꝛ eoꝝ ingratitudineꝫ oſtendens
dr̄. Multa bona opa oſtendi vobis ex pa⸗
tre meo ꝓpter quod eoꝝ opus me lapida⸗
tis: cum tamē ex hoc me honoꝛare debe⸗
retis. Notandum triplicē retributionem
boni ꝛ mali. vide dominica. iij. pꝰ Epiph.
ſermone. ij ¶ Tertio ꝓpter falſitatē ſue re
ſponſionis: quia reſponderunt: De bono
opere non lapidamus te: ſed de blaſphe
mia. ꝛ quia tu ꝛc̄. Volens autem domi⸗
nus ſuum tēperare furoꝛem: oſtendit eis
ſe nō eſſe blaſphemū: ſed verum dei filiuꝫ
dr̄ igit᷑: Nonne ſcp̄tum eſt in lege veſtra:
quia ego dixi: dij eſtis: Si ergo illos dicit
deos ad quos ſermo dei factus eſt: et non
poteſt ſolui ſcriptura: quē pater ſanctifi⸗
cauit et miſit in mundum: vos dicitis: q̄a
blaſphemas. quia dixi: filius dei ſum. q̄ſi
di. Si filij dei adoptiui dicuntur dij: q̄re
filius dei naturalis nō dicatur deus. Se⸗
quitur: Si non facio opera patris mei:
nolite credere mihi: Si autē facio: etſi mi
hi nō vultꝭ credere. ſ. pꝛopter verba mea:
operibus credite. i. pꝛopter opera vt cog⸗
noſcatis et credatis quia pater in me eſt:
et ego in patre. O mira iudeoꝝ inſaniaꝛ
qui necꝫ verbis necꝫ operibus chꝛiſti cre
dere voluerunt. Timendum eſt ne multi
eis ſint ſimiles. Multi enim vident lapi⸗
dare dominū: qui quāto plus exhoꝛtant᷑
tanto magis induꝛeſcunt. ¶ Exemplū de
Cain qui poſt domini coꝛreptionē duꝛioꝛ
fuit. Geneſ. iiij. Unde incurrit hoꝛribilem
maledictionē. Simile exemplū de Pha
raone in Exod. pluribus locis. Exemplū
etiam de Saule. j. Regum. xviij. cuius
coꝛ nō potuit immutari nec per ṽba Jo⸗
nathe filij ſui: nec ꝑ bn̄ficia Dauid. Ber.
Nemo duri coꝛdis ſaluteꝫ vnq̄ꝫ adeptus
eſt.

T ¶ Ertius art. Audiſtiſ ꝛc̄. Cauete ne
ſitis iudeis ſimiles in culpa: quia ex
conſequēti ſimiles eſſetis in pena: et ſic a
chꝛiſto reprobari. Notate q̄ iura dicunt
Pena vnius debꝫ eſſe metus alterius. ff.
de penis. l. Capitalium. §. Famoſus. ꝛ. v.
q. viij. Quapꝛopter. Foꝛma parabolaꝫ de
ſocijs latronū iam ſuſpenſoꝝ in patibulo.
Qui idcirco multum timere debent: pꝛe⸗
ſertim cum ſubterfugere non poſſint. Ex⸗
pone ꝛc̄. Bern. Qui ſocij ſunt in culpis: e⸗
runt in penis.

¶ Feria. v. poſt dominicā
in paſſione.

E e Cce aſcēdi
mus ꝛc̄. In animo ꝯtrito
et ſpiritu humilitatis ſuſci
piamur. Daniel. iij. Sic dicunt qui aſcen⸗
ſuri ſunt hieroſolymā ſe confoꝛmātes da⸗
nieli. In cuius oꝛatione que pro epiſtola
ponitur tria obſeruantur que in oꝛationi⸗
bus omnibꝫ obſeruāda ſūt. ¶ Primuꝫ eſt
inuocatio diuine miſericoꝛdie: cum dicit᷑:
Domine deus populum tuuꝫ ꝛc̄. vſq̄ꝫ ibi
Et fac nobiſcum iuxta miſericoꝛdiā tuaꝫ
et ſm̄ multitudinē miſericoꝛdie tue.
¶ Secundum eſt recognitio miſerie no⸗
ſtre: ibi: Quia imminuti ſumus: vſq̄ꝫ: ꝛq̄
rimus faciem tuā. Ne cōfun. ꝛc̄. ¶ Tertiū
eſt intentio diuine gl'ie: vt. ſ. quod petitur

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN